Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ris mundi suos: et sanctificatus sum in
oculis gentium plurimarum. Et scient quia
ego dominus deus eorum eo quod ultulerim
eos in nationes. et congregauero eos in terra
sua: et non delinquam exercitus quisquam ibi.
Et non abscondam ultra faciem meam ab
eis: eo quod effundam spiritum meum super om
nem domum israel: ait dominus deus. xl.

Capitulum.

In nono anno quinto decimo
transmigrationis nostre in exordio
anni decimi mensis: decimo
mensis post decimam diem
facta est super me manus domini:
et adduxit me illuc in visione
dei: et adduxit me in terram israel
super montem excelsum nimis.
super quem erat quasi edificium ci
uitatis ad austrum. Et
introduxit me illuc. Et ecce vir
cuius erat species quasi species aeris. et funi
culus linteus in manu eius. et ca
lamus mensure in manu eius. Stabat
autem in porta. Et locutus est ad me i
dem vir. Fili hominis. vide oculis tuis
et auribus tuis audi. et pone cor tuum
in omnia quae ego ostendam tibi: quia
ut ostendam tibi adductus es huc.
Annuntia omnia quae tu vides domui
israel. Et ecce murus foris circa
domum vndique: et in manu viri
calamus mensure sex cubitorum et pal
mo. Et mensus est latitudinem edificii ca
lamo vno: altitudinem quoque cala
mo vno. Et venit ad portam quae re
spiciebat ad viam orientalem: et ascend
it gradus eius. Et mensus est limen porte
calamo vno in latitudine: et limen vnum
calamo vno in latitudine. et thalamum
vno calamo in longitudine. et vno calamo
in latitudine: et inter calamos. v. cubitos.
Et limen porte iuxta vestibulum porte i
nsecus calamo vno. Et mensus est
vestibulum porte octo cubitorum: et fron
tem eius duobus cubitis. Vestibulum
autem porte erat versus domum. Porro tha
lami porte ad viam orientalem tres hinc.
et tres inde: mensura vna eorum: et mensura
vna frontium existentium hinc et inde. Et me
nsus est latitudinem limenis porte. x.
cubitorum: et longitudinem porte. xiii.
cubitorum. et margines ante thalamos
cubiti vnius: Et cubitus vnus finis
uterque thalami ante sex cubitorum erat
hinc inde. Et mensus est portam a
tecto thalami vsque ad tectum eius lati
tudinem. xxv. cubitorum. ostium contra
ostium: et fecit frontes per xl. cubitos:
et a fronte atrium porte vndique per
circuitum. Et ad faciem porte que per
tingebat vsque ad faciem vestibuli por
te maioris. l. cubitos: et fenestras obli
quas in thalamis. et in frontibus eorum que
erant intra portam vndique per cir
cuitum. Similiter autem erant. et in vestibulis
fenestre per gyrum intrinsecus: et ante
frontes picture palmarum celate. Et
eduxit me ad atrium exterius: et ecce
gazophilacium et pauimentum stratum
lapide in atrio per circuitum: xxx. gaza
philacia in circuitu pauimenti. Et
pauimentum in fronte portarum secun
dum longitudinem portarum erat inferius.
Et mensus est latitudinem a facie por
te inferioris vsque ad frontem atrii in
terioris extrinsecus. c. cubitos adorien
tem. et ad aquilonem: porta quoque
que respiciebat viam aquilonis ad
exterius mensus est. tam in longi
tudine quam in latitudine: et thala
mos eius tres hinc. et tres inde. Et
frontem eius et vestibulum eius secun
dum mensuram porte prioris. l. cubitorum
longitudinem eius: et latitudinem eius
xxv. cubitorum: fenestre autem eius et ves